

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 5: De aliis rebus Caput 8: De qualitate religiosorum (11)

Bernardus:

Heu me, miser sum et miserabilis,

velox ad mensam sed tardus ad ecclesiam,

pervigil ad fabulas, sompnolentus ad vigiliis,  
procax ad loquendum, mutus ad psallendum,  
potens ad potandum, eger ad cantandum,  
invidie auctor, Christi persecutor!

Hec sunt que conversum perversum faciunt:  
monachum demoniacum,

clericum hereticum, Christianum antichristum,  
festucam respiciens, trabem non considerans,  
alterius facta contempnens, sed sua non considerans.

[fons nondum repertus]

Sed Scripturas sacras negligenter legis, actus vitae tuae,  
mala quae facis, peccata quae committis,  
facta et dicta et opera tua mala non sapienter respicis;  
velox ad mensam, tardus ad ecclesiam;

→ potens ad potandum, sed aeger ad psallendum;

pervigil ad fabulas, sompnolentus ad vigiliis;

procax ad loquendum, sed tardus et mutus ad canendum;

← promptus ad iram et detractionem, piger vero ad orationem;

invidiae amator, pauperum Christi persecutor;

→ festucam in alio oculo respiciens, sed trabem in oculo tuo non videns;

aliorum facta condemnans, sed tua non considerans, nec deserens.

Caeteros reprehendis, te ipsum non corrigis;

alios vituperas, et te collaudas: malitiae inventor,

disciplinae destructor; amicus vitiorum, et hostis virtutum.

← Haec sunt quae hominem excaecant, et a Deo ipsum separant;

haec sunt quae monachum efficiunt daemonicum,

→ conversum efficiunt perversum,

clericum haereticum, christianum antichristum.

←

Auctor incertus, *Speculum peccatoris*, 8 (PL 40, col.991).